parratione aliqua egent tempora.

XXVI Quis rogo audire non horreat nedicam bella talia. sed uel nomina tanta bel
lorum. externa. ciuilia. sotialia. seruilia. fugitiuorum. que non sic saltem
sese ut commoti maris fluctus. quam uis molibus magnis sequuntur. sed undique di
uersis causis. uocabulis. formis. malisque excitata. coaceruataque concurrunt. ut
ex proximo repetam. et infame illud seruile propterea. Iugurthinum bellum non
dum adhuc ab affrico detonuerat. iam cimbricum a circio fulminabat. Decim
bricis illis nubibus adhuc foedi uastique torrentes effusi sanguinis agebantur. iam soci
alis belli nebulas in magna continuo malorum nubila contuas misera exalabat ita
lia. Adhuc uero post infinitam crebramque italici belli tempestatem. discurri tuto
per italiam minime poterat. ita omnis absque illis periculosissimis inimicarum urbium
uoraginibus dissoluta. ac lubrica pace titubabant. iam sibi marianum atque
cinnanum roma parturiebat excidium. Aliudque e diuerso oriens atque aquilo. hoc
est mitridaticum minabatur. Quod quidem mitridaticum a superioribus coeptum.
porro in ulteriora porrigitur. De mariana face rogus sillane cladis accensus est.
De isto rogo funestissimo sillani et ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentes
sudes sparsi sunt. multaque incendia ex uno fomite diffuderunt. Nam lepidus et scipio
in italia. brutus in gallia. domicius cinne gener in affrica. carbo in cossura et
sicilia. perpenna in liguria. et post cum sertorio in hispania. omniumque atrocissimus ser
torius in eadem in hispania. Haec tunc ciuilia t quo alio dicenda sunt nomine bella
excitantes. de uno multa. de magno magna fecerunt. absque illis tribus uastissimis bellis
que tunc externa uocabantur. hoc ē pamphilico macedonico atque dalmatico. dissi
mulato etiam mitridatico longe omnium diuturno. infestissimo ac formidolo
sissimo. Deinde adhuc in hispaniensi sertoriano nondum finito. immo adhuc
ipso uiuente sertorio. hoc fugitiuorum et ut uerius dicam gladiatorium bellum
inhorruit. iam non spectandum paucis sed ubique metuendum. quod quia fu
gitiuorum bellum dicitur. nemini uile habeatur ex nomine. Sepe in eo singuli et ali
quando simul et agminibus frustra iunctis ambo consules uicti sunt. atque
plurimi nobiles trucidati. ipsi autem fugitiui plusquam c̄. fuere qui cesi sunt.
Ex quo ammonemus ut ipsa se consoletur italia de uexatione externorum presen
tium. per recordationem propter territorum. esse atque in se. et ipsam se incomparabiliter cru
delius dilacerantium suorum. Quam ob rem huic nunc quinto uolumini finem
fecerim. ut bella ciuilia externis ubique permixta. uel que dicta sunt t etiam que se
cuntur. quia sic sibi serie temporum et malis sequacibus coheserunt. libri saltem ter
mino separentur. EXPLICIT LIB QUINTUS. INCIPIT LIB SEXTUS.

sudes sparsi

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
© HAB http://diglib.hab.de/mss/80-gud-lat/start.htm?image=00116
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss80-gud-lat/0116